



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon nouationes Libellus

Vincentius <Lerinensis>

Venetijs, 1549

De quibusda[m], p[ro] positionibus, quæ positæ uide[n]tur ex  
inaduertentia uel ipsius Paraphrastæ uel Typographorum 14

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36089**

DETERMI. SCHOL. PARIEN.  
esset, & norma loquendi in sacris eloquijs, neque per hoc  
Græcis et hebraicis literis quicquam detraheretur, sed sua  
cuiq; mos & ordo seruaretur.

Titulus 14. De quibusdam ppositionibus,  
quæ positæ uidentur ex inaduertentia uel Para  
phrastæ uel Typographorum.

Propositio prima. Matth. 2.

**C**hristus Hierosolymæ circuncisus est.  
Censura.

Remouenda dictio Hierosolymæ.

Propositio secunda. Matth. 10.

Quinto loco nomina apostolorum erant Iacobus Alpha  
filius, unâ cū Iuda Iacobi filio. Censura.

Pro filio dicendum fratre. Non enim Iudas Iacobi filius  
fuit, sed frater.

Tertia propositio. Luc. 2.

Cum adesset dies à partu quadragesimus secundus, quo  
lex masculinum foetum iubet exhiberi domino.

Censura.

Leui. 12

Deponenda est dictio, secundus, iuxta legem enim ma  
sculus in templo debuit domino offerri quadragesimo die  
à partu, non quadragesimo secundo.

Quarta propositio. Luc. 2.

Cunctis tandem rite peractis, quæ ad purificationem pre  
scripserat lex, reuersi sunt in Bethleem, ubi natus est puer.

Censura.

Luc. 2

Bethleem positum est pro Nazareth, nec addi debuit,  
ubi natus erat puer: cū ista scribat Lucas: Et ut perfererent  
omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galileam,  
in ciuitatem suam Nazareth.



Quinta propositio. Luc. 4.

Naaman Syrus ter mergi in Iordane obtemperavit.

4. Reg. 5

Censura.

Ter dixit, cum septies ab Heliseo mergi iussus sit.

Sexta propositio. Matth. 27.

Cæteris quidem perseuerarunt illic duæ, Maria Magda-  
lene & altera quædam e regione sepulchri.

Censura.

Subtrahendum est illud, cæteris quidem digressus, cum Luc. 24.  
monstret Lucas alias mulieres ab istis duabus monumen-  
tum inuississe.

Septima propositio. Ioannis. 1.

Philippus professus est eadem de Christo, quæ postea  
Petrus professus est.

Censura.

Pro Philippo reponendum est Nathanael. Nec tñ oïno ea= 1. Ioan. 1  
de de Christo Nathanael professus est q̄ Petrus apostolus.

Octaua propositio. Philip. 3.

Ego Paulus Iudæus sum, ex Iudæis oriundus, nec e qua=  
uis tribu, uerum præcipua, nempe Benjamin, unde & sacer-  
dotes constituuntur.

Censura.

Aliquid ibi deesse certum est, nec enim tribus Benjamin  
præcipua est inter tribus filiorū Israel, sed tribus Iuda. Nec Deut. 4  
ex tribu Benjamin sacerdotes cōstituuntur, sed ex tribu Le-  
ui. Porro quod in sequenti editione huiusmodi errata scri-  
ptor emendauit, comprobamus.

Titulus 15. De quibusdā ppositionibus, in qui-  
bus nō satis officio Paraphrastę scriptor iste rñdit.

Propositio prima. Matth. 19.

**Q**uisquis uxorem dimiserit, & duxerit aliã, adul-  
terium cōmittit, nisi forte quam repudiat, adul-